

Friedrich Hans Gloxin

**Venus Tripudians Quam ... Domino Ludovico, Hassiae Landgravio .. . Cum
auspicatissimam Nuptiarum Festivitate Cum ... Domina Maria Elisabetha ...
Domino Friederici Haeredis Norvegiae ... Filia Sponsa Augustissimi in arce
Gottorpiensi d. XXIV. Novembr. celebraret, humilime dicabat Friederich Hans
Gloxin**

Slesvigae: zur Glocken, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757190421>

Druck Freier  Zugang







UNIA
DEN

1843 21 Kuffen


Ac-12^{1-12.}
1-51 <R>









116







15

VENUS TRIPUDIANS

Quam

ILLUSTRISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

LUDOVICO,

HASSIÆ Landgravio, Comiti Cattimelibocensium Deciorum,
Ziegenhaimensium & Niddanorum, &c.

Cum auspiciatissimam Nuptiarum Festivitatem

CUM

ILLUSTRISSIMA AC CELSISSIMA PRINCIPE AC DOMINA,

DOMINA

MARIA ELISABETHA,

SERENISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

FRIEDERICI,

Hærediis Norvegiæ, Ducis Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Dith-
marsæ, Comitis in Oldenburg & Delmenhorst, &c.

FILIA SPONSA

Augustissimè in arce Gottorpiensi d. xxiv. Novembr. celebraret,

humilimè dicabat

Friederich Hans Glorin.

SLESVIGÆ, apud JACOBUM zur Glocken /
Excudebat Johann Holwein / Typogr.

Anno M DC L.

VENUS TRIPUDIANUS

Quam

ILLUSTRISSIMO AC CERISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

LUDOVICO

Masae Landgravo, Comite Carinthobocensium, Decurioni
Niederbarnstorfum & Niddanorum, &c.

Comitatus Castellani Nuptiarum Festivitate

C. M.

ILLUSTRISSIMO AC CERISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINA

MARIAE ELISABETHAE

BERNARDINI AC CATHARINI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

FRIEDERICI

Marchis Norwiche, Ducis Slesvici, Holsatiae, Stormarck & Dith-
marck, Comitis in Oldenburg & Delmenhorst, &c.

Filia sponsa

Agrippinae hanc Genesiphant d. xiv. Novemb. 1702.

Landgravi

Genesiphant d. xiv. Novemb. 1702.

SLESVIG, apud JACOBUM M. G. G.

Excudit: Johann Schmitt, Typogr.

Anno MDCI.



PAx erat, & nullum metuebant secula ferrum,
Et Paphia tantum regnabant praelia Divæ,
Mollia Teutonicæ peragebant otia terræ,
Cesserat hinc longe clypeus, galeæq; tubæq;
Hastaq; cum telis, nudabat quilibet ora

Casside detractâ, gladio latus omne solutum,
Loricâ pectus vacuum, suberant quoque nulla
Priscæ iræ & belli vestigia, singula tuta,
At furor intus erat clausus, dabat impia vinctas
Post tergum Bellona manus, spoliataq; telis,
In sua vesanos torquebat viscera morsus;
Cum Pater Omnipotens populos ex æthere summo
Despiciens, Cimbris defixit lumina terris,
Slesvico ante alias, & magni Principis aulâ:
Hic ubi foemineam vidit longo ordine pompam,
Atque, inter reliquas, Regali Stemmata natam
Florentes Paphiis Nympham sine lusibus annos
Transigere, ecce vocat Venerem, Venerisq; puellum,
Atque ita voce refert; Num vos oblivio vestri
Muneris, alma Parens, & Te, pharetrate Cupido,
Cepit tanta? Tuos pateris sic turpiter olim
Tedarum exstingui, quos dextrè concutis ignes,
Spiculaq;, atque arcum tristi ferrugine carpi?
Jam non ulterius crudelia sanguine tela
Tincta rubent, dirus non lambit vulnera miles
Pulvere conspersus, non ultra DANIA flammis
Ardet, & adversis SVECOS ulciscitur armis:
Pax caputingenuum cinctum florente coronâ

Erigit alma, minas proscribunt numina belli;
 Otia curigitur trahis, & proscribis amorem,
 Virgineis addicte choris? Pax optima rerum,
 Pax ubi Thessaliæ viguit quondam aurea campis,
 (Ista canunt Vates,) Divorum Pronuba Juno
 Conjugio juxxit stabili, propriamque dicavit
 Emathio Heroi Thetidem; nuncotia terris
 Sunt eadem nostris, eadem tranquilla voluptas.
 Ergo agedum MARIÆ, quam certatim undique Divæ
 Dotibus ornarunt, & pulchræ munere formæ,
 Elige consortem thalami: non dignior ullus
 Nocte istâ, nec qui potuit meruisse videri
 Virginis illecebras, quàm pulcher origine PRINCEPS,
 Pulchrior ingenii donis, & fortibus ausis,
 HASSIADES LUDOVICUS, Avis Atavisq̃, superbus.
 At VENUS hæc contra: Tuus, O Rex Magne, quid optes,
 Dispexisse labor, mihi jussa capeffere fas est,
 Tu mihi, Tu Superûm indulges accumbere mensis,
 Meq̃; creas Divam, quos suspicit orbis, amorum,
 Cælestûmque facis Terrenorumq̃; potentem.
 Hæc ubi dicta, subit properè GOTTORPIA Tecta,
 Quâ vallis nec non SLEIÆ circumdatur undis,
 Atque his laudatam alloquitur Jovis ore puellam:
 Salve O Magnanimi Proles augusta Parentis,
 Magni Nata Ducis, penitus Martem excute mente,
 Nomina præclaris sunt hæc minùs apta puellis;
 Cerne decus formæ, speculum cape, pectinis usum,
 Eloquere, & chlamydes, & flammea sume, togasque
 Pictas: Hæcce Tuæ ætati, & florentibus annis
 Conveniunt magis, & possunt Te, Nympha, decere.
 Si te busta movent hominum, si fata, regi que,
 Vulnera tot repara, & longi dispendia belli;
 Gigne decus alios, post Tot densata Virorum,
 Funera, totque Ducum, quos hosticus abstulit ensis;
 Nec Tibi privatis laribus sit vivere dulce,
 Nec Tibi, vive orbi, quantum patet. Inclytus ecce

HASSIADES HEROS thalami sociam omne per ævum
 Te petit, Hæredem **HASSORUM** Te destinat æther;
 Dos non unus erit populus, non natio simplex,
 Nomen adorabunt gentes, quas alluit **Albis**,
 Quæque bibunt **Rheni** flumen, rapidumque **Visurgim**;
 Sed Tibi erunt dotes animi, pro divite **Gazâ**,
 Principis **Egregii**, cui jam deduceres **Uxor**;
 Emeruit laudes **Proavum**, præceptaque recti
 Addidit, splendetque suis industria donis;
 Sapius in stricto lusit vis **Martia** ferro,
 Et gladios vibrare sagax, ensemque rotare,
 Gaudet equo, laxisque volat dimissus habenis,
 Sapius intrepidus rigido caput abdidit ære,
 Et terrere malos, & præmia reddere doctus.
 Dotibus hisce meus Princeps, his moribus annos
 Imbuit, hisce bonis totum suffulciet orbem.
 Quare age, quid cessas? properes pulcherrima **Nymphâ**,
HASSIADÆ thalamos admitte, & languida pelle,
 Otia, & ignavi fastidia discute lecti,
 Utere flore tuo, subito flos ille peribit,
 Et formam Nuptura proba; Non ista dedere
 Incassum **Superi** Tibi munera; **Pectore** læto,
 Quin ordire thorum: **Vultus LUCINA** serenos
 Postulat, & thalamum conscendes pulchrior **Uxor**.
 His ubi blanda **Venus** **Nympham** est affata decentem,
 Accenditque animum, se purpura fassa moveri est,
 Purpura, quæ castis blandè radiabat ocellis:
 Sic porrò aggreditur **Natum**: Metuende **Cupido**,
 Quare **DUCEM**, cœli quocumque sub axe moratur,
 Seu calcatur equo spumanti **Gallia** fortis,
 Seu tenet **Italia**, & rerum pulcherrima **Roma**,
 Seu quæcunque soli regio: nam **CÆSARIS** aulam,
 Deseruisse puto pridem, sanctumque **Senatum**.
 Sic ait, & volucrem demittit ab æthere **natum**.
 Remigio alarum volat ille per aëra magnum,
 Terque quaterque suo percurrens singula visu,

Atque DUCIS rimatur iter; verum ille reversus
In patriam, jam gaudet equum calcaribus acrem
Urgere, & rigidis spumare docere lupetis.
Tum PUER; Hæc equidem molimina Principe digna,
Et pacis trabeas pariter, belli que mereri
Laurus; sed thalami castos age jungito amores,
Imperii que magis firmabitur ardua moles;
Qui regnare cupit, thalamo se munit, & armis.
Cum superest hæres regni, peccare feroces
Formidant populi, motus inhibere rebelles
Successor poterit, & tanti nominis hæres.
Hoc natura cupit, suadent pia fata, jubet lex,
Hoc pia nobilitas, hoc religiosior ordo,
Hoc plebs, hoc cives optant. Quid denique restat?
Una Tuis thalamis digna est MARIA-ELISABETHA,
Numina quam jungunt venturæ provida fortis,
Nec negat illa sequi, confestim flamma medullis
Virginis inserpit tacitis: Utque ardet amore,
In Nympham PRINCEPS absentem; ita VIRGO pudica
Rursus in absenti, sed castè, Principe flagrat.

At VENUS ex Voto rem successisse triumphat,
Quique trahant currum, niveos adstringit olores,
Atque hæc vicinæ defert nova gaudia terræ
DANORUM, & populis, quos nutrit TEUTONIS ingens.
Undique sacra cohors, accurrunt undique Vates,
Et Phœbi tripodas referant, penitusque recessus
Parnassi, referunt in fastos tempus, & annum,
Et lucem tedis sacram regalibus almam,
Prospera quæque novis Nuptis solemnibus omnes
Ominibus, multum devotâ mente precati.

Hisce etiam votis mea nunc conjungere vellem;
Læta peregisset nisi jam fortuna, quod usquam
Optari posset: titulos, famamque, decusque
Optarem, nisi vestra forent; jam poscere votis
Scilicet & clarum nomen, censusque beatos,
Sera nimis res est, coram quæ cernere fas est.


Accla-

Acclamare pio thalamo pia commoda pacis,
Diffidentis erit, nec amabile amantibus omen;
Unum, quod superest, casti qui pignus amoris
Sanxistis, superi, quò seclis secla propagent,
Hos tholamos stabilite, fovete, ut corpore juncti,
Atque animis olim, magnæ dent pignora gentis;
Legitimo fatis & euntibus ordine Mater
Nympha; Pater Sponsus fiat; quem semper honore
Est venerata pio, communis Patria Patrem
Illum rursus Avum MARIA Genetrice salutet.



Illustrius Avaritia Mariae Genitricis salutem
Est venerabilis, constantis Mariae Mater
Nympharum, Patris Spemine fari; quae semper honore
I. gimo satis & cunctis omnes Mater
Atque animis olim, magna deest pignora gentis;
Hos homines habiles, fovet ut corpore iunctis
Sanctis, iunctis, quae secula propagat,
Illum, quod iunctis, casti cupigens amoris
Dilectus erit, necessitate amandus omnis
Acciditque pio thalamo pia comitibus pacis,







ferunt ex optatissimi nati! Et quid de filiabus Tuis dicam,
tui & seculi ornamentis? quæ & ipsæ nobilissimas familias, ge-
næ sanguine, in novas inclytasq; stirpes succrescente, illustrant? In-
prima, MARIA ELISABETHA (quæ lux & gloria fœmina-
generoso Dno JOHANNI SAMUELI HEISTERMANNO
LBERG collocata. HEISTERMANNUM autem cum dico,
ntum aliquod exemplum in omni cultu civili ac habitu perfecti
co. Ita enim in eum, & morum concinna Suavitas, & rerum
darum cum variâ eruditione peritia, atq; eximius planè animi
or confluerunt, ut quâ parte horum magis mereatur æstimari,
le oppidò sit decernere. Ego certè ab ipsis planè Gratiis elabora-
sse virum judico. MARIE ELISABETHÆ natu proxima
A MARGARETA, è celebratissimâ BROCKTORFIORUM
A MARQUARDO WOLFGANGO, heroi strenuo nupta.
citas est SOPHIÆ AUGUSTÆ, natu in hâc pul-
minimæ, quæ WOLFGANGO BUCHWALDIO,
pis generosissimæ propagini sociata, extendere in se-
m profapiam, & novas ac eminentiores in eam virtu-
promittit. Sunt hæc profectò bona omnia tanta, ut
n commemorationem oratio mihi vix suppetat, de-
atq; succubitura, si pro dignitate singula exornare in-
n esset. Retribuit DEUS pietati Tuæ, Excellen-
, quando inter medios fragores bellicos, inter alter-
mirabiles & periculosissimas vices, inter invidorum,
lorum insidias, odia, crudelissimasq; minas, Te ani-
fractum, integrâ gloriâ, florente famâ, constante
erum ac populi favore, dignitatibus salvis & insuper
vit, servavit, munivit, atq; ita evexit, ut vix amplius
is divina illa faventia potuisset adstruere. Tu intereâ,
Domine, inter tot ac tanta Tibi propria decora atq;
hil abis à pristinâ tuâ humanitate, & verecundiâ ac
â modestiâ. Quæ maximus Princeps, quæ Patria, quæ
Atlantæis tuis pro communi egregio exhaustis labori-
pendere, & promptissimâ manu Tibi tuisq; offert
i non nisi trepidè atq; cunctanter, hæsitans ac multum
i, ut modestissimi solent, admittis. Quæ res profectò
m in ejusmodi admirationem rapit, ut agnoscere pa-
inter omnes divini animi tui dotes, omnia decora,
se maximum, quod publico natus factusq; bono
edicari malis. Sunt omnia, quæ hæctenus de Te
mihi

